Catalogus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0001

Ha 179

B. 1991

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0002

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0003

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0004

# CATALOGUS
## LIBRORUM RARISSIMORUM,

*AB ARTIS*

TYPOGRAPHICÆ INVENTORIBUS,

ALIISQUE

EJUSDEM ARTIS PRINCIPIBUS,

*ANTE ANNUM*

MILLESIMUM QUINGENTESIMUM

EXCUSORUM.

*Omnium optime conſervatorum.*

TILGUNGS-STEMPEL KÖNIGL. MUSEEN
KOENIGLICHE MUSEEN

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0005

AUS DER
GRAEFL. LEPELL'SCHEN
BIBLIOTHEK

BIBLIOTHEK
DER KGL.
ACAD. D. KÜNSTE
ZU
BERLIN

DER UNIVERS. BIBL. HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0006

PRETIOSISSIMA HÆC

LIBRORUM COLLECTIO,

CUJUSVIS MAGNI PRINCIPIS

BIBLIOTHECA DIGNISSIMA,

CONSTAT VOLUMINIBUS

CCXLVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0007

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0008

# A

de ABANO (Petri) Patavini, Conciliator differentiarum Philoſophorum, & præcipue Medicorum. fol. magno. EDITIO PRINCEPS, præunte Imagine Auctoris, a quadam manu celebri coloribus effigiata. *Mantuæ*. MCCCCLXXII. per Thomam Septem-Caſtrenſem & Socios, jubente Ludovico Carmelita.

ACCIAJOLI (Donati) Expoſitio in libros X. Ethicorum Ariſtotelis. PRIMA EDITIO. fol. *Florentiæ*. MCCCCLXXVIII. apud S. Jacobum de Ripolis.

ACRONIS, Commentatoris egregii, in Quinti Horatii Flacci Venuſini Opera expoſitio. EDITIO omnium PRIMA. fol. in fine legitur:

*Acronis, Viri quam doctiſſimi, Commentaria, diligenter emendata, in Q. Horatii Flacci Opera, per Antonium Zarotum Parmenſem. Mediolani impreſſa.* MCCCCLXXIV. *Idibus Sextilibus.*

AESOPI Fabulæ, Græce, curante Bono-Accurſio Piſano, EDITIO per antiqua & omnium PRIMA, ante annum MCCCC LXXX. ſed ſine ulla impreſſoris nomine ac adnotatione 4.

—— EÆDEM cum Italica verſione, per ry-

 thmos

thmos diſpoſita, ab Accio Zuchi Veronenſi impreſſæ. *Veronæ* die XXVI. Junii MCCCCLXXIX. 4. cum figuris ligneis coloribus depictis.

—— EÆDEM ab Omnibono Leoniceno latine redditæ, ſine anno 4. pulchra editio.

ALBERTI (Leonis Baptiſtæ) Florentini, de Re Ædificatoria. fol. PRIMA EDITIO *Florentiæ*. MCCCCLXXXV.

AMMIANUS Marcellinus de Rebus Romanorum Geſtis. fol. PRINCEPS EDITIO, in fine legitur:

*Ammiani Marcellini impreſſio, Hiſtoriographi digniſſimi, Romæ facta eſt, totius orbis Terrarum Reginæ olim, & Imperatricis, arte maxima & ingenio, per digniſſimos impreſſores Georgium Sachſel de Reichenhal, & Bartholomæum Golſch de Hohenbart Clericos, Anno Domini* MCCCCLXXIV. *Die vero VII. Junii Menſis. Pontificatu vero Sixti Divina Providentia Papæ Quarti. Anno ejus tertio.*

ANTHOLOGIA, Græce, litteris capitalibus 4. EDITIO PRINCEPS.

APOLLONII Rhodii Argonauticon, Græce, litteris majuſculis, cum Scholiis Græcis. EDITIO PRINCEPS. 4. *Florentiæ*. MCCCCXCVI. ſine impreſſoris nomine.

AP-

APPIANUS Alexandrinus de Civilibus Romanorum Bellis. PRIMA EDITIO. fol. *Venetiis*. In fine ſic reperitur:

*Hic eſt Alexandrinus Appianus*
*A Candido, linguæ latinæ patrono,*
*Romanus: hunc impreſſit & Vindelinus,*
*Quem Spira nobilis parens dædalei*
*Produxit ingenî, faceti, lepidique.*

Carmen eſt Raphaelis Zovenzonii Iſtri Poetæ.

MCCCCLXXII.

APULEII (Lucii) Opera, nec non Epitome ALCINOI. fol. EDITIO PRINCEPS. *Romæ*. MCCCCLXIX. in domo Petri de Maximis.

—— EJUSDEM aliud exemplar. fol. *Vincentiæ*. per Henricum de S. Urſo. MCCCCLXXXVIII. Editio non inelegans.

ARETINI (Leonardi) de Bello Italico adverſus Gothos. fol. cum in fine hoc diſticho:

*Gallicus hunc librum impreſſit Nicolaus Jenſon:*
*Artifici grates, optime Lector, habe.*

MCCCCLXXI.

—— EJUSDEM Epiſtolæ ad Familiares, ab Antonio Moreto editæ. fol. PRINCEPS EDITIO. MCCCCLXXII. ſine loco, vel nomine impreſſoris.

—— EJUSDEM Hiſtoria Florentina , per Donatum Acciajolum in Italicum ſermonem converſa . fol. EDITIO PRINCEPS , & nitidiſſima *Venetiis* . MCCCC LXXVI. per Jacobum de Rubeis Gallicum.

ARISTOPHANIS Comœdiæ novem cum Scholiis , Græce . fol. EDITIO PRINCEPS. *Venetiis*. apud Aldum MIID. Idibus Quintilis.

ATTILA Flagellum Dei , Bella ab eodem per Italiam geſta deſcribens, Italice. 4. *Venetiis*. MCCCCLXXII. per Magiſtrum de Petro.

AUGURELLI ( Jo. Aurelii ) Ariminenſis, Poetæ Illuſtris, Carmina. 4. EDITIO PRIMA. *Veronæ* MCCCCXCI. abſque nomine impreſſoris.

AUGUSTINI (Aurelii) de Civitate Dei libri XXII. fol. magno . *Romæ* in domo Petri de Maximis . MCCCCLXVIII. nitidiſſimum exemplar. in fine:

*Hoc Conradus Opus Sweynheym ordine miro,*
*Arnolduſque ſimul Pannartz , una æde colendi.*
*Gente Theotonica, Romæ expediere ſodales.*

—— EJUSDEM de eadem . fol. magno , exemplar nitidiſſimum , cum frontiſpicio luculen-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0012

culenter depicto, ac litteris initialibus in ſingulos libros deauratis ac depictis. adduntur in fine hi verſus:

*Qui docuit Venetos exſcribi poſſe Joannes*
*Menſe fere trino centena volumina Plinî,*
*Et totidem magni Ciceronis Spira libellos,*
*Cœperat Aurelî: ſubita ſed morte peremtus*
*Non potuit cœptum Venetis finire volumen.*
*Vindelinus adeſt ejuſdem frater: & arte*
*Non minor: Hadriacaque morabitur urbe.*

MCCCCLXX.

— EJUSDEM de eadem. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXV. VI. Nonas Octobris, per Nicolaum Jenſon.

— EJUSDEM de eadem, Italice. fol. ſine nomine traductoris. pulcherrimi characteris impreſſio, ſine loco, anno, & typographo.

— EJUSDEM Opuſcula. fol. *Parmæ*. MCCCCXCI. per Angelum Ugoletum, Pridie Kalend. Aprilis.

AULI Gellii Noctium Atticarum Commentarius. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXII. per Nicolaum Jenſon Gallicum.

— EJUSDEM editio alia. fol. *Brixiæ*. MCCCCLXXXV. per Boninum de Boninis de Raguſia. Pulchra editio, a Marco Scaramucino Palatiolo correcta, ut ſequentes verſus demonſtrant:

*Si quem Cecropia clarum Latiaque Camœna*
*Eſſe juvat, Gellî ſcripta probanda legat.*
*Attica Nox luci nunquam ceſſura diurnæ*
*Ad varias artes quam bene monſtrat iter!*
*En tibi, docta cohors, Marcus correxit ad unguem*
*Quem tulit Adriaco Brixia marte potens.*
*Si quid erit falſi, veniam dabis: inſcia turba*
*Forſitan huic nocuit, dum celerabat opus.*

## B

BENEDICTI (Alexandri). vide DIARIA de Bello Karolino.

BESSARIONIS Cardinalis adverſus Platonis detractores, & alia. fol. EDITIO PRINCEPS. *Romæ.* in domo Fratrum Maximor. ſine anno. cum his Verſibus in fine:

*Aſpicis illuſtres lector quicumque libellos,*
*Si cupis artificum nomina noſſe, lege.*
*Aſpera ridebis cognomina Teutona: forſan*
*Mitiget ars Muſis inſcia verba virûm.*
*Conradus Sweynheym, Arnoldus Pannartzque magiſtri*
*Romæ impreſſerunt talia multa ſimul.*
*Petrus cū fratre Franciſco Maximus ambo*
*Huic operi optatam contribuere domum.*

BIBLIA LATINA. VOL. II. MOGUNTIÆ. MCCCCLXII. EXEMPLAR PRÆSTANTIS-

SI-

SIMUM, NITIDISSIME CONSERVATUM, ATQUE IN INITIO SINGULORUM LIBRORUM VARIIS ORNAMENTIS FLORUM, IMAGINUM, &c. EXORNATUM. FOL. MAGNO IN PERGAMENA. IN FINE LITTERIS RUBRIS SIC LEGITUR: *Præſens hoc Opuſculum finitum, ac completum eſt in Civitate Moguntiæ, per Johannem Fuſt Civem, & Petrum Schoiffer de Gernsheym Clericum Diœceſis ejuſdem eſt conſummatum. Anno Incarn.* MCCCCLXII. *in Vigilia Aſſumptionis glorioſę Virginis Mariæ.*

—— EADEM, vetus ac novum Teſtamentum complectens, acceſſere libri dicti Apocryphi, ex Græco in Italicum ſermonem a Nicolao de Malermi traducti. fol. Tomi duo, ſine loco vel Impreſſoris nomine. In fine:

MCCCCLXXI. *in Kalende de Octobrio.*

—— EADEM, vetus ac novum Teſtamentum continens. fol. *Venetiis* impreſſa per Lionardum Vuild de Ratisbona, expenſis Nicolai de Francofordia. MCCCCLXXVIII.

—— EADEM, Nicolao Malermi traductore. fol. In fine.

*A Laude de Dio, & de la ſua Matre Vergine Maria, & de la Martire Sancta Catarina fu impreſſo queſto Volume ne lalma Pa-*

*tria de Venetia per Octaviano Scotto da Modoetia , regnante Siſto quarto Pontifice maximo , & Joanne Mocenico inclito Duce di Venetia : ne glanni de la ſalutifera Incarnatione del figliol de leterno & Omnipotente Dio.*

MCCCCLXXXI.

BLONDI Flavii Forolivienſis Roma Triumphans. fol. in fine ſic legitur.

*Hoc Opus rectiſſime ſcriptum , per Bartholomæum Vercellenſem Bibliopolam Brixiæ impreſſum fuit quam diligentiſſime anno a Chriſtiana Salute* MCCCCLXXXII. *Benedicto Priolo, Humfredo Juſtiniano, Patriciis Venetis, & Urbis , & Agri Brixiani Magiſtratibus perquam honeſtis.*

*Urbs antiqua tulit Vercellæ Bartholomæũ,*
*Hoc qui impreſſit opus. Brixia, noſce virum.*
*Quandoquidem tibi non minus, ac ſibi profuit ille.*
*Præſtinet hunc librum plurima noſſe volens.*

BOCCACCIUS de Certaldo (Jo.) de Genealogia Deorum Gentilium.

—— EJUSDEM de Montibus , Sylvis, Fontibus &c. fol *Venetiis*. MCCCCLXXII. per Vindelinum de Spira, cum miniatura in principio.

EJUS-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0016

—— EJUSDEM : Opus cui titulus *Labores Herculis* , lingua Italica conſcriptum . Prima editio . fol. *Ferrariæ* . MCCCC LXXV. per Auguſtinum Camerium.

—— EJUSDEM Novellæ Centum , vulgo *Decamerone*. fol. per Johannem Rhenenſem, ſine loco. Editio nitida . Videntur hi verſus in fine:

*Io ſon un cerchio d'or, che circoſcrive*
*Cento gemme leggiadre: in cui ſi ſtilla*
*Le oriental perle: ch'annoda , e perfilla*
*Le Toſche lingue pellegrine e dive.*
*Però qual cerca l'ombre di ſue rive,*
*Mi colga impreſſo: che Amor mi poſtilla*
*Voſtre dolcezze: e par che ancor sfavilla*
*Gioco, e miſerie di qualunche vive.*
*Meſſer Giovan Boccaccio il primo Autore*
*Fu di mie proſe, e di quel bel paeſe*
*Che Marte venerò per degno onore.*
*Giovanni da Reno quindi m'impreſe*
*Con mirabile ſtampa: il cui fulgore*
*Dal ciel per grazia infra mortal diſceſe.*
*Se adunque di mio arneſe*
*Veſtir volete, i ſuono ad ogni ſpirto*
*Il mio vulgar, che orna d'allor e mirto.*

MCCC CLXXVIII.

—— EJUSDEM : Opus cui titulus *il Filocolo*, Italice. fol. *Mediolani*. MCCCCLXXVI. per Dominicum de Veſpolate. In calce

ce Lectores Boninus Mombritius ſic alloquitur:

Boninus Mombritius in Philocalum.

*Philocalum quicumque legis, ne credito tantum*
*Quid Venus, aut quid ſit noſſe jocoſus Amor:*
*Fœcundas hominum dabitur cum moribus urbes,*
*Et rerum varias edidiciſſe vices.*
*Quod juvet, hiſtoriæ ſeries & fabula narrat;*
*Seu quæ jam fuerint, ſeu nova forſan ames.*
*Tantũ difficiles abſint: & mæſta ſequentes*
*Funera: quique oculis triſtia cæpa gerunt.*
*Iſta decet juvenes, juvenis, quam pagina, Lector,*
*Aſpicis. annoſos non amat illa ſenes.*

BOSSI (Donati) Cauſidici, & Civis Mediolanenſis, Geſtorum, Dictorumque memorabilium, & temporum, ac conditionum, ac mutationum humanarum ab Orbis initio uſque ad ejus tempora. fol. *Mediolani*. MCCCCXCII. per Antonium Zarotum Parmenſem, ad impenſas Auctoris. EDITIO SINGULARIS. Liber cognitus ſub titulo *Chronica Boſſiana*.

BOS-

BOSSI (Matthæi) Veronenſis Opus cui titulus de Inſtituendo Sapientia animo. Lib. VIII. 4. magno. IN PERGAMENA cum ſingulis litteris initialibus auro depictis. in fine:

*Opus hoc impreſſum eſt quam accuratiſſima fide, & diligentia licuit, ſano diſtinctoque charactere a Platone de Benedictis. Anno* MCCCCXCV. *octavo Idus Novembris.*

BRACCIOLINI. vide POGGII Florentini.

BRUNETTI LATINI Theſaurus. Italico ſermone conſcriptus. fol. PRIMA EDITIO. in fine legitur.

*Triviſo adi* XVI. *Decembrio* MCCCCLXXIV. *per Gerardo Flandino.*

BURCHIELLI, Poemata italico ſermone conſcripta. EDITIO PRINCEPS. In fine:

*Impreſſo Venetia per Baſtiano de Verolengo de Pane & vino de Monteferato.* MCCCCXCII. *adi* XXIII. *de Zugno regnante lo inclito & glorioſo Principe Auguſtino Barbadico Dux Venetiarum* 4.

## C

CÆSARIS (C. Julii) Commentaria. fol. PRIMA omnium EDITIO. *Romæ*. MCCCC LXIX. in domo Petri de Maximis.

—— IDEM. fol. cum miniatura in initio.

fol.

fol. *Venetiis*. MCCCCLXXI. per Nicolaum Jenſon Gallicum.

— ALIUD exemplar. Editio perelegans. fol. in fine:

*Anno Chriſti* MCCCCLXXVII. *Die vero X. Menſis Februarii hoc opus diligenter emendatum Antonius Zarotus Parmenſis, hujus præclaræ artis Magiſter politiſſimus, quam maxima potuit diligentia impreſſit*.

CAMPANI (Jo. Antonii) Viri virtute illuſtris; Poetæ, & Oratoris Clariſſimi; Opera, a Michaele Ferno Mediolanenſe edita, qui & Auctoris Vitam etiam addidit. PRIMA EDITIO. fol. characteribus Venetis impreſſa. *Romæ*. MCCCCXCV. per Eucharium Silber, alias Franck. leguntur ſequentia in calce:

MICHAEL.

*Rumpite, ſi libeat, jam nunc mea ſtamina, Parcæ:*
*Imperium vitæ non habet ulla meæ.*
*Vivere quod poſt hac properantia fata negarint,*
*Id mihi Campani jã monimenta dabunt.*

*Quid evolvis, ſubſtaſque anceps, emptor? an nondum ſatis perſpectus ſum tibi Campanus, Aprutinus Antiſtes? Antiſtes Aprutinus, an nondum tibi ſum ſatis perſpectus Campanus? Eme: exere: excute illos tuos,*

tuos

*tuos illos carioſi nummi loculos : deprome quantum depoſcit bibliopola : nam ſi pæniteat, (niſi ineruditus) duplum vult rependere. ſed eme.*

CAPREOLI ( Heliæ ) Chronica de Rebus Brixianorum. fol. PRIMA EDITIO. in fine:

*Opus Brixiæ diligenter impreſſum per Arundum de Arundis, hortatu, & auſpicio Clariſſimi DD. Franciſci Bragadeni, Urbis, & Agri Prætoris, juſtitia, pietate, & ſapientia integerrimi.*

CATULLUS, TIBULLUS, PROPERTIUS. accedunt PAPINII STATII Sylvæ. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXV. opere, & impenſis Jo. de Colonia, & Jo. Manthen de Gherretzen. Nitida editio.

—— IIDEM auctores tres, cum Sylvis PAPINII STATII. fol. *Vincentiæ*. MCCCCLXXXI. per Johannem Rhenenſem, & Dionyſium Bertochum. Pulchra editio.

CECCHI, Eſculani Philoſophi Poemata, italico idiomate ſcripta. EDITIO PRINCEPS 4. In fine.

*Cura ac diligentia Philippi petri & Bartholomæi thei Campani Ponticuruenſis : & per eundem ſumma cum diligentia correctum opus cecchi Eſculani fœliciter eſt impreſſum inclyta in Civitate Venetiarum Duce Andrea Vendramino. Anno Domini.*

MCCCC-

MCCCCLXXVIII. VI. *nonas majas*.

CEPIONIS, (Coriolani,) Petri Mocenici Imperatoris geſta, lib. III. EDITIO PRIMA IN PERGAMENA 4. *Venetiis*, per Bernardum Pictorem & Erhardum Ratdolt de Auguſta, una cum Petro Joslenio de Langeman correctore ac ſocio. Laus Deo MCCCCLXXVII.

CHRYSOSTOMI (D. Jo.) Homiliæ Octuaginta ſeptem. fol. EDITIO PRINCEPS, cum miniatura in initio. *Romæ*. MCCCC LXX. In Monaſterio S. Euſebii. ſine nomine impreſſoris.

CICERONIS (M. T.) Orationes omnes. fol. magno. Editio præſtantiſſima. ſine nomine impreſſoris, vel anno, vel loco. Sed eſt *Mediolani*, per Zarotum, ut conjicitur.

—— EJUSDEM eædem Orationes. fol. Editio præſtantiſſima, cum eleganti in initio miniatura. In fine operis ſic legitur:

*Germani ingenii quis non miretur acumen?*
*Quod vult, Germanus protinus efficiet.*
*Aſpice, quam mira libros impreſſerit arte:*
*Quam ſubito veterum tot monumenta dedit.*
*Nomine Chriſtophorus, Valdarfer gentis alumnus:*
*Ratiſponenſis gloria magna Soli.*

*Nunc*

*Nunc ingens Ciceronis opus*, Cauſaſque *forenſes*,

*Quas inter patres dixit*, & *in populo*,

*Cernis, quam recto, quam emendato ordine ſtruxit?*

*Nulla figura oculis gratior eſse poteſt.*

*Hoc autem illuſtri Venetûm perfecit in urbe*,

*Præſtanti Mauro ſub Duce Chriſtophoro.*

*Accipite hunc librũ, quibus eſt facundia cordi.*

*Qui te, Marce, colet, ſponte diſertus erit.*

MCCCCLXXI. LODO. CARBO.

—— EJUSDEM eædem Orationes. fol. magno MCCCCXCVIII. per Alexandrum Minutianum. nitida ac elegans editio.

—— EJUSDEM Epiſtolæ ad Brutum. Q. Fratrem, & ad Atticum. in PERGAMENA. cum eleganti miniatura in initio, ac litteris ſingulis initialibus, coloribus, & auro illuminatis. fol. Perelegans editio. cum in fine his verſibus, a Pomponio Læto correctore additis:

*Quæque erat altiloqui Ciceronis Epiſtola Bruto*

*Miſsa, aut ad Quinton, Attice, ſive tibi,*

*Fraude, vel ætatis vitio corrupta jacebat:*

*Vixque una poterat parte reſumpta legi.*

*Providit poſtquam Latiæ cuſtodia linguæ,*

*Volvendum tanto vindice ſurgit opus.*

*Vivent, Auguſtine, tui titulique, lareſque,*

*Qui*

*Qui facis arenti morte carere Titos.*
*Ecce tibi debent Veteres: debemus & ipſi:*
*Sæcula quique feret poſteriora, nepos. &c.*

*Impreſſum Romæ per Magiſtrum Eucharium Silber, alias Franck, natione Alemanum anno Domini* MCCCCXC. *poſt XVI. Kal. Auguſti.* Elegantiſſima editio.

—— EJUSDEM de Officiis, Paradoxa, de Amicitia, de Senectute, de Somno Scipionis, nec non de eſſentia Mundi, ac XII. ſapientum epitaphiis. fol. *Venetiis*, per optime emendati, ductu & expenſis Jacobi Lunenſis de Fivizano. in domo Magiſtri Marci de Comitibus. MCCCC LXXVII.

—— EJUSDEM iidem tractatus, ut in ſuperiori volumine. fol. *Venetiis*. MCCCCLXX. in fine ſic legitur:

*E Spira nato Ciceronis Opuſcula quinque*
*Hæc Vindelino formis impreſſa fuere.*

—— EJUSDEM de Natura Deorum, de Divinatione, de Fato, de Legibus, ad Hortenſium, ac de Diſciplina militari. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXI. Pulcherrima editio, cum ſingulis litteris initialibus depictis, cum hoc Hexaſticho in fine.

Raphael Zovenzonius Iſter
P. Aluiſio Donato Patric. Ven. DD.

*Spi-*

*Spira, tuum nomen toto celebrabitur orbe,*
*Quæ Vindelini diceris eſſe parens:*
*Ordine qui tanto Ciceronis opuſcula magni*
*Imprimit; ut fabrum Palladis eſſe putes.*
*Tu quoque, Donatæ ſtirpis, Venetique Senatus*
*Gloria, Aluviſi; tu quoque dicis idem.*

— EJUSDEM de Tuſculanis Quæſtionibus. fol. in PERGAMENA. In principio pulcherrimam miniaturam, ac litteras omnes initiales depictas ac deauratas hæc perilluſtris editio habet. *Venetiis.* MCCCCLXXII. per Nicolaum Jenſon Gallicum.

— EJUSDEM ad Herennium de Rhetorica. fol. *Mediolani*. MCCCCLXXIV. per Antonium Zarotum Parmenſem.

— EJUSDEM ad eumdem. fol. Hanc elegantem editionem corrigebat OMNIBONUS LEONICENUS, ut ab hoc diſticho in fine cernitur:

*Emendata manu ſunt exemplaria doctâ*
*Omniboni: quem dat utraque lingua patrem.*
MCCCCLXXVI.

— EJUSDEM, ut ſupra, fol. *Mediolani.* MCCCCLXXIX. Opus per ſpectabilem Virum HENRICUM de CATANEIS, J. U. Doctorem diligenter emendatum, ac per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinc-

B zen-

zenceller impreſſum. Elegans editio.

—— EJUSDEM, de Oratore ad Quintum Fratrem. fol. cum miniatura in initio, ac litteris initialibus deauratis. *Mediolani*. MCCCCLXXVII. In fine hi verſus habentur:

*Felices quibus inſonabis aures,*
*O nate ingenio liber peracri:*
*Qui ſis pondere ponderatus omni,*
*Limatus ſtudio ſatis perenni,*
*Formatus venere & politus, arte*
*Inſignis, gravitate ſingularis,*
*Doctrina eximia uſque copioſus,*
*Tutus judicio, & tuo refulgens*
*Splendore eloquii. Quid ocioſi*
*Ultra quærimus? at nihil par.*
*Huc huc contulit omne pondus:*
*Vires ingenii profudit omnes:*
*Non eſt ulterius locus; quod uſu*
*Edoctus, juveniliter retraxit*
*Quæ quondam ſibi ab ore devolarunt.*
*Gotthi te modo poſſedere, Tulli:*
*Nunc vulgabere, nunc legere verus.*
*Nulla barbarie, ac modo, inquinatus.*
*Aſſertor, plagiariis repulſis,*
*Ne fraudere tua, ſua ipſe laude,*
*Te Lavania dat palam Philippus:*
*Quivis quam minimo ut pararit ære.*

—— EJUSDEM de eodem. fol. Elegantiſſima

ma editio ; caret vero anni , loci, & impreſſoris nomine, ac diſtinctione.

— EJUSDEM de eodem , cum Commentario OMNIBONI LEONICENI , Rhetoris præſtantiſſimi. fol. *Vincentiæ*. MCCCC LXXVI. Accurata , & elegans editio.

— EJUSDEM Epiſtolæ Familiares. fol. in PERGAMENA. In initio præeſt miniatura , ac ſingulæ litteræ initiales deauratæ ſunt. In fine:

*Primus in Adriaca formis impreſſit aënis*
*Urbe libros Spira genitus de ſtirpe Johannes.*
*In reliquis ſit quanta vides ſpes, lector, habenda,*
*Quom labor hic primus calami ſuperaverit artem.*

MCCCCLXIX.

— EJUSDEM, earundem editio altera, a priori diſtincta ; & notatu dignum eſt, quod hoc ipſo anno , ab eodem impreſſore typis ſit mandata . fol. In calce legitur:

*Heſperiæ quondam Germanus quoſque libellos*
*Abſtulit : en plures ipſe daturus adeſt.*
*Namque vir ingenio mirandus & arte Joannes*
*Exſcribi docuit clarius ære libros.*

*Spira favet Venetis : quarto nam menſe peregit*
*Hoc tercentenum bis Ciceronis opus.*
MCCCCLXIX.

— EJUSDEM eædem. fol. *Venetiis*. MCCCC LXXI. in fine ſic legitur.

*Nicolaus Jenſon Gallicus, viventibus nec non & poſteris, impreſſit feliciter.*

— EJUSDEM eædem. fol. Impreſſum *Mediolani* per Philippum Lavanium Mediolanenſem. XVI. Kal. Apriles MCCCC LXXVII. Nitida editio.

— EJUSDEM eædem. fol. *Venetiis*. MCCCC LXXX. per Magiſtrum Philippum Condam Petri.

— EJUSDEM eædem. fol. *Mediolani*. ſine anno, & nomine impreſſoris. Editio pulcherrima.

— EJUSDEM eædem, cum Commentariis UBERTINI CLERICI Creſcentinatis. PRIMA EDITIO. fol. *Vicentiæ*. MCCCCLXXIX. per Hermanum Lichtenſtein Colonienſem, probatiſſimum librariæ artis exactorem. Ex aliis in fine verſibus qui exſtant, ſequentes ſunt depromti:

*Ingeniis antiqua ſuis ne ſæcula tantum*
*Illuſtrata putes; inclyta noſtra vide.*
*Ex Hubertino Creſcentinate Latinis*
*Utilem anavit, quod modo promſit, opus.*

In

*In quo non Phaëton, ſed Dædalus orſa peregit*
*Maxima; qui metā victor ad uſque fuit.* &c.

CLAUDIANI (Claudii) Opera. fol. *Vicentiæ*. MCCCCLXXXII. Jacobus Duſenſis non minus diligenter, quam eleganter impreſſit. Luculenta editio.

de COMITIBUS (Juſti) Romani utriuſque juris interpretis ac Poetæ clariſſimi, Opus, italico idiomate conſcriptum, cui titulus. *La bella mano*. EDITIO PRIMA, ſine nomine impreſſoris. *Venetiis* die XII. Decembris. MCCCCLXXIV. 4.

CORNAZANI (Antonii) Placentini, Vatis, Poemata, partim Italice, partimque Latine ſcripta. EDITIO PRINCEPS, 4. MCCCCLXXII. ſine loco, & nomine impreſſoris.

CORNUCOPIAE, & Horti Adonidis Theſaurus, Græce. PRIMA EDITIO. fol. *Venetiis*. MCCCCXCVI. in domo Aldi Romani, ſumma cura, laboreque prænagno.

Q. CURTIUS de Rebus Geſtis Alexandri Magni. fol. ſine anno, EDITIO PRINCEPS. In fine ſic reperitur:

Loquitur lector ad Vindelinum
Spirenſem Artificem, qui Q. C.
reddit in lucem.

*Vindeline, prius hic me rediturus in auras*

*Spiritus, & corpus linquet inane meum,*
*Quam tua nobilitas, virtus, atque inclyta fama*
*Pectore labatur, candide amice, meo.*

—— IDEM. fol. *Mediolani*. MCCCCLXXXI. accuratiſſime imprimebat Antonius Zarotus. Pulchra editio.

CYPRIANI (B. Cæcilii) Epiſtolæ. fol. EDITIO omnium PRIMA. *Venetiis*. MCCCC LXXI. per Vindelinum de Spira.

## D

DANTIS, Poetæ Illuſtris, Capitula, Italice. PRIMA EDITIO. fol. MCCCCLXXII. ſine loco. in fine hi verſus adhibentur:

*Nel mille quattrocento ſepte & due*
*Nel quarto meſe adi cinque & ſei*
*Queſta opera gentile impreſſa fue*
*Io maeſtro Johanni Numeiſter opera dei*
*Alla decta impreſſione & meco fue*
*El fulginato Evangeliſta Mei.*

—— IDEM cum Commento BENVENUTI Imolenſis, Italice. fol. *Venetiis*. MCCCC LXXVII. per Vindelinum Spirenſem, corrigente Chriſtophoro Berardo Piſaurenſe, ut ex ſequentibus verſibus in fine oſtenditur:

*Fini-*

*Finita e lopra del inclito e divo*
*Dante Allighieri Fiorentin poeta*
*La cui anima ſancta alberga lieta*
*Nel ciel ſeren ove ſempre il ſia vivo*
*D Imola Benvenuto mai ſia privo*
*Deterna fama che ſua manſueta*
*Lira opero comentando il Poeta*
*Per cui il teſto a noi e intellectivo*
*Criſtofal Berardi Piſaurenſe detti*
*Opera e facto indegno correttore*
*Per quanto inteſe di quella i ſubietti*
*De Spira Vendelin fu il ſtampatore*
*Del mille quattrocento e ſettantaſetti*
*Correvan gli anni del noſtro Signore.*

—— IDEM cum Commento Jacobi Lanæi, Italice. in PERGAMENA. fol. *Mediolani*. MCCCCLXXVIII. LUD. & ALBER. *Pedemontani amico Jove manum ſupremam impoſuerunt*. Editio præclara, cum literis initialibus depictis.

—— IDEM cum Commento Chriſtophori LANDINI Florentini, Italice. EDITIO PRINCEPS, cum eleganti miniatura in frontiſpicio. fol. maximo. *Florentiæ*. MCCCCLXXXI. per Nicolaum de Laurentio.

—— EJUSDEM Opus, cui titulus: Il *Convivio*, italico idiomate conſcriptum. EDITIO PRINCEPS. In fine.

*Impreſo in Firenze per ſer Franceſco Bonaccorſi nell'anno* MCCCCXC. *adi* XX. *Settembre*.

DIARIA de Bello Karolino in Italia geſto, auctore ALEXANDRO BENEDICTO Veronenſe. 4. *Venetiis*. MCCCCXCVI. ſine nomine impreſſoris; elegantiſſimi characteris.

DIONIS de Regno, per FRANCISCUM de PICOLOMINEIS Sancti Euſtathii Card. e Græco in latinum traductio; ad Nicolaum Quintum Pontificem Maximum anno MCCCCLXIX. ſine loco, & impreſſoris nomine.

DURANDI (Gulielmi) Rationale Divinorum Officiorum. Exemplar perpulchrum. fol. magno in PERGAMENA; in cujus calce litteris rubris ſic legitur:

*Præſens Rationalis Divinorum Codex Officiorum, venuſtate capitalium decoratus, rubricationibuſque diſtinctus, artificioſa adinventione imprimendi, ac characteriſandi abſque calami exaratione ſic effigiatus, & ad euſebiam Dei induſtrie eſt conſummatus, per Joannem Fuſt Civem Magontinum, & Petrum Gernſheym Clericum Diœceſis ejuſdem, Anno Domini* MCCCCLIX. VI. *die Octobris*.

EPI-

E

EPISTOLÆ, Basilii Magni, Libanii Rhetoris, Chionis Platonici, Æschinis, & Isocratis Oratorum, Phalaridis Tyranni, Bruti Romani, Apollonii Tyanenſis, Juliani Apoſtatæ. Colligente Aldo Manutio Romano 4. Græce. *Venetiis*, apud Aldum Menſe Martio MID.

ETYMOLOGICON Magnum, Græce. Editio Princeps. fol. magno. impenſis Nicolai Blaſi, jubente Anna Lucæ Notarii magni Ducis Conſtantinopolitani, filia. *Venetiis*. MCCCCXCIX. per Zachariam Caliergum.

EUCLIDIS Opera cum Commentariis Campani, in arte Geometrica perſpicaciſſimi. fol. in Pergamena. Prima editio, Sereniſſimo Venetiarum Principi Joanni Mocenico dicata. Eſt autem Epiſtola dedicatoria litteris aureis impreſſa; ac in frontiſpicio libri miniatura perelegans cum Stemmate ejuſdem Principis reſplendet. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXXII. per Erardum Ratdolt Auguſtenſem impreſſorem ſolertiſſimum.

EURIPIDIS Tragœdiæ quattuor: ſcilicet, Medea, Hippolytus, Alceſtis, & Andromache. 4. Græce, litteris majuſcu-

lis

lis expreſſæ. EDITIO PRINCEPS. EUSEBII (Pamphili) de Evangelica Præparatione, Georgio TRAPEZUNTIO interprete. fol. EDITIO PRINCEPS. In initio eſt pictura ab Andrea Mantegna, ſeu ab alio Viro egregio ejuſdem temporis exarata; habet quoque ſingulas litteras initiales ſimiliter depictas. In fine hoc Epigramma legitur:

Antonii Cornazani in laudem
Artificis Epigramma.

*Artis hic, & fidei ſplendet mirabile Numẽ,*
*Quod fama auctores, auget honore Deos.*
*Hoc Jenſon Veneta Nicolaus in urbe volumen*
*Prompſit, cui felix Gallica terra parens.*
*Scire placet tempus? Mauro Chriſtophorus urbi*
*Dux erat; æqua animo Muſa retecta ſuo eſt.*
*Quid magis artificem peteret Dux, Chriſtus, & auctor?*
*Hos facit æternos ingenioſa manus.*

MCCCCLXX.

— IDEM de Hiſtoria Eccleſiaſtica, RUFINO traductore. fol. *Mantuæ.* MCCCCLXXIX. per Johannem Schallum Germanicum. Nitida editio, ut a ſequenti Epigrammate amplius videtur:

*Tran-*

*Tranſtulit Auſonias iſtud Rufinus ad aures*
*Euſebii clarum Cæſarienſis opus.*
*Schallus Joannes celebri Germanicus arte*
*Ære premit. Mantûs principe Federico.*
*Quom datus eſt finis, referebat Julius annos*
*Mille quatercentum ſeptuaginta novem.*
*Hunc eme, qui docti nomẽ, qui limina Olympi*
*Quæris: habet præſens munus utrunque liber.*
*Hinc cœleſte bonũ, ſanctoſque docebere mores:*
*Et prodeſſe magis lectio nulla poteſt.*

—— EJUSDEM Chronicon cum HIERONYMI, PROSPERI, & Matthæi PALMERII Continuatione uſque ad annum MCCCCXLIII. PRIMA EDITIO, fol. *Mediolani*, per Philippum de Lavagna. ſine anno. In initio Boninus Mombritius lectores ſic alloquitur:

*Hiſtorias quicumque ſuo cum tempore quæris,*
*Hoc tibi non amplo codice, lector, habes.*
*Condidit Euſebius, tecumque, Hieronyme, Proſper:*
*Matthæi pars eſt ultima Palmerii.*
*Omnibus ut pateant, tabulis impreſſit ahenis*
*Utile Lavania gente Philippus opus.*
*Hactenus hoc toto rarum fuit orbe volumẽ,*
*Quod vix qui ferret tædia, ſcriptor erat.*

*Nunc ope Lavaniæ numeroſa volumina noſtri*
*Ære perexiguo qualibet urbe legunt.*

# F

FESTUS (Pompejus) de Verborum ſignificatione. fol. *Mediolani*. MCCCCLXXI. ſine nomine typographi. Editio nitidiſſima.

—— IDEM. fol. Nitida editio, ſine loci, anni, vel nominis impreſſoris notatione.

FIRMIANI (Lactantii) Opus de Divinis Inſtitutionibus. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXII. ex verſibus in fine, decerpti ſunt hi quattuor:

*Preſſerat hunc primo mundi caput inclyta Roma,*
*Poſt Regina premit quippe colēda maris.*
*Impreſſū formis, juſtoque nitore coruſcans*
*Hoc Vindelinus condidit artis opus.*

—— EJUSDEM idem Opus. fol. in fine legitur:

*Præſens Lactantii Firmiani præclarum Opus alma in Urbe Roma, totius Mundi regina, & digniſſima imperatrice; quæ ſicut cæteris Urbibus dignitate præeſt, ita ingenioſis viris eſt referta; non atramento, plumali calamo, neque ſtilo æreo, ſed artificioſa quadam adinventione imprimendi, ſeu cha-*

racte-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0036

*racterizandi ſic effigiatum, ad Dei laudem induſtrieque eſt conſummatum, per Uldaricum Gallum Alamanum, & Simonem Nicolai de Luca. Anno Domini* MCCCC LXXIV. *die vero* XII. *Menſis Februarii. Pontificatu vero Sixti divina providentia Papæ quarti, anno ejus tertio.*

FLORI (L. Annæi) in T. Livium Epitome. Perelegans Editio, ac omnium PRIMA, cum littera initiali deaurata. fol. ſine anno, loco, & typographo. Cum his verſibus in fine:

*Florus habet parvo numeroſa volumina Livî*
*Codice; in Italia maximus hiſtoria.*
*Nil latet hunc: valeat quod honore, nitore latino;*
*Vel peregrina petas ſcripta, vel artis opus.*
*Inde fit ut veteres ſcribendi miſerit uſus;*
*Atque novo redeat præditus officio.*
*Nā quot centeno conſumpta volumine ſęcla*
*Viderat, in totidem naſcitur uſque dies.*

FRONTINUS (Sextus Julius), VEGETIUS, AELIANUS, & MODESTUS, auctores clariſſimi, qui de Re Militari ſcripſere. fol. MCCCCXCVI. in alma Civitate Bononiæ quam caſtigatiſſime, omnique ſolertia impreſſi per Platonem de Benedictis. Elegans editio.

GRAM-

## G

GRAMMATICI Veteres Latini. fol. *Venetiis*. ſine anno, per Nicolaum Jenſon. Nitida editio.

D. GREGORII Papæ Dialoghi, Italico ſermone converſi a LEONARDO UTINENSI. In fine.

MCCCCLXXV. *die vigeſimo menſis*
*Aprilis impreſſum Venetiis*
P. M. F.

— EJUSDEM Moralia. in PERGAMENA. EDITIO PRINCEPS. fol. *Venetiis*. MCCCC LXXX. per Rainaldum de Novimagio. cum miniatura in initio.

## H

HALICARNASSEUS (Dionyſius) de Antiquitatibus Romanorum, juſſu Pauli Secundi Pontificis evulgatus. PRIMA EDITIO, cum miniatura in initio. fol. *Tarviſii*. MCCCCLXXX. per Bernardinum Selerium de Luere.

HALICARNASSEI (Herodoti) Hiſtoriarum libri novem. fol. EDITIO PRINCEPS. in fine ſic reperitur:

*Miraris, fuerim cum ſcriptor Jonicus,*
*unde eſt*

*Quod*

*Quod nunc Romanus perlegor Herodotus.*
*Magna quidem merito referenda eſt gratia Vallæ,*
*Ille meam pulchre tranſtulit hiſtoriam.*
*Res igitur priſcas, memorandaque facta virorum*
*Qui cupit ex uno noſcere, noſtra legat.*
*Nã ne defuerint noſtra exemplaria Romæ:*
*Arnoldi artifices conſuluere manus.*
*In quibus Andreas, Alerienſis Epiſcopus olim,*
*Extremã impoſuit, nec ſine laude, limã.*
*Impreſſus Romæ, in domo nobilis viri Petri de Maximis. Anno Salutis* MCCCCLXXV. *Die* XX. *menſis Aprilis. Sedente Sixto IV. Pont. Max. Anno ejus quarto.*

HESIODI (Aſcræi) Theogonia, verſibus elegantiſſimis expoſita. 4. PRIMA EDITIO. In fine:

*Ad Decus gloriamque Illuſtriſſimi quondam Ducis Borſii, Excellentiſſimæque Dominæ Eſtenſis: ad Bonini Mombritii, Heſiodique, doctiſſimorum virorum, famam, perpetuamque memoriam: Peregrini Priſciani nobilis Ferrarienſis opera: per Andream Gallum Ferrariæ hoc Opus impreſſum eſt. Anno legis gratiæ.*

MCCCCLXXIV.

HUIC

HUIC Heſiodi editioni acceſſere : PLUTARCHI Chæronenſis Apophthegmata per FRANCISCUM PHILELPHUM traducta , ad Magnanimum , & Illuſtriſſimum Principem Philippum Mariam Anglum , inclytum Mediolanenſium Ducem.

D. HIERONYMI Epiſtolæ pars prima tantum , antiquiſſima autem editio ac forſitan PRINCEPS , ſed caret anni , loci , ac impreſſoris nomine , cum frontiſpicio perpulchra miniatura exornato.

—— EJUSDEM Epiſtolæ Omnes. Voluminibus duobus. fol. magno ; cum eleganti miniatura in initio. *Parmæ*. MCCCCLXXX. Carent impreſſoris nomine.

—— EJUSDEM B. Hieronymi , & aliorum PP. Opuſcula aliquot . 4. *Mediolani* . MCCCCLXXVII. per Philippum de Lavagna. Editio nitida.

HOMERI Opera Omnia. Græce. fol. magno. EDITIO PRINCEPS , edente DEMETRIO CHALCONDYLA Cretenſe. Tom. 2. *Florentiæ*. MCCCCLXXXVIII. impenſis Bernardi Nerlii.

—— EJUSDEM Batrachomyomachia. Græce. 4. cum litteris rubris ac nigris alternatim impreſſis. *Venetiis*. MCCCCLXXXVI. ſine nomine impreſſoris.

Q. HO-

Q. HORATII ( Flacci ) Venuſini Opera Omnia. fol. ſine loco. in calce ſic legitur: *Anno* MCCCCLXXIV. *Antonius Zarotus Parmenſis cuncta Opera Horatii Flacci Venuſini non indiligenter emendata, eleganter atque fideliter impreſſit. quiſquis hæc coëmerit, numquam pœnitebit.* Nitidiſſima editio.

—— EJUSDEM Opera omnia. fol. in fine: *Hoc Opus Horatii emendatiſſimum, impreſſum eſt opera & impenſis Philippi de Lavagna Civis* Mediolanenſis. *Anno a Natali Chriſtiano* MCCCCLXXVI. *die* XVI. *Februarii. Amen.* Pulcherrima editio.

—— EJUSDEM Opera omnia. fol. in fine: *Horatii Opus cum magna diligentia impreſſum per Philippum Condam Petri.* Venetiis. MCCCCLXXVIII. XV. *Septembris*. Elegans editio.

## I

JAMBLICHUS de Myſteriis Ægyptiorum, Chaldæorum, Aſſyriorum: PROCLUS in Platonicum Alcibiadem de Anima, atque Dæmone: PROCLUS de Sacrificio, atque Magia: PORPHYRIUS de Divinis, atque Dæmonibus: SYNESIUS Platonicus de Somniis: PSELLUS de Dæmonibus: Expoſitio PRISCIANI, & MARCILII in

Theophraſtum de Senſu, Phantaſia, & Intellectu: ALCINOI Platonici Philoſophi liber de Doctrina Platonis: SPEUSIPPI Platonis diſcipuli liber de Platonis Definitionibus: PYTHAGORÆ Philoſophi Aurea Verba: Symbola PYTHAGORÆ Philoſophi: XENOCRATIS Philoſophi Platonici de Morte: MARSILII FICINI liber de Voluptate. fol. *Venetiis* apud Aldum. MIIID. EDITIO PRIMA.

JOSEPHI (Flavii) Hiſtoriographi, V. C. Opera Omnia. fol. magno. cum miniatura in initio. Sine loco. MCCCCLXX. per Johannem Schuſzler civem Auguſtenſem. In fine legitur:

*Judaicam Guerram, gentes, urbem, ſacra, terram,*
*Fine ſimul triſti pro ſanguine perdita Chriſti,*
*Joſephus iſte meus peredidit auctor Hebræus.*

ISOCRATES, Græce, ex recognitione Demetrii CHALCONDYLÆ. EDITIO PRINCEPS. fol. *Mediolani*. MCCCCXCIII. per Henricum Germanum, & Sebaſtianum ex Pontremulo. Impenſis Bartholomæi Scyaſi, & aliorum.

JUSTINIANI (Bernardi) Patricii Veneti, Senatoris, Equeſtriſque ordinis, Viri

am-

ampliſſimi, Oratoriſque Clariſſimi, de Origine Urbis Venetiarum, rebuſque ejus ab ipſa ad quadringenteſimum uſque annum Hiſtoria. PRINCEPS EDITIO. fol. *Venetiis*. Pridie Kalendas Februarii. MCCCCXCII. per Bernardinum Benalium.

JUSTINUS, Hiſtoricus Clariſſimus, in Trogi Pompeii Hiſtorias. fol. PRINCEPS EDITIO. In fine ſic legitur:

*Hiſtorias veteres, peregrinaq; geſta revolvo*
*Juſtinus: lege me; sũ Trogus ipſe brevis.*
*Me Gallus* Veneta *Jenſon Nicolaus in urbe*
*Formavit; Mauro Principe Chriſtophoro.*

MCCCCLXX.

—— IDEM ut ſupra, fol. ſed in PERGAMENA, cum frontiſpicio eleganti modo, auro, & coloribus exornato.

—— EJUSDEM Editio altera nitidiſſima. fol. finis libri ſic ſe habet:

*Aſpicis illuſtres lector quicumque libellos,*
*Si cupis artificum nomina noſſe, lege.*
*Aſpera ridebis cognomina Teutona forſan:*
*Mitiget ars Muſis inſcia verba virûm.*
*Conradus Swenheym, Arnoldus Pannartzque magiſtri*
Romæ *impreſſerunt talia multa ſimul.*

MCCCCLXXII. *die* XXVI. *Septembris.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0043

—— IDEM. Juſtinus fol. *Venetiis* MCCCCLXXIX. per Philippum Condam Petri.

—— IDEM, una cum Lucii FLORI de Romanorum Geſtis Epitome. fol. ſine anni, loci, & typographi notatione. Nitida editio. In fine ſic legitur:

*Aurea Juſtini, Lucîque Epitomata Flori*
*Ære tibi modico, candide lector, eme.*
*Cõtrabit iſte Titi numeroſa volumina Livî:*
*Pompeii hiſtorias colligit ille Trogi.*
*Quam bene conjuncti! namque hic ubi deſinit, ille*
*Incipit: atque unum pene videtur opus.*
*Rite recognovit quos Juſtinianus ad unguem*
*Romanus. felix, lector amice, vale.*

—— EJUSDEM Italica Verſio Auctore Hieronimo SQUARZAFICO. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXVII. per Jo: de Colonia. Pulchra editio.

JUVENALIS (Junii) Aquinat. & Auli PERSII Satyræ. fol. cum miniatura in initio. ſine anni, loci, ac typographi notatione. Editio elegans.

—— EDITIO altera JUVEANLIS & PERSII, a priori differens. fol. cum miniatura in initio. ſine anno, loco, & typographo.

—— EJUSDEM, le Satyre tradotte da Giorgio

gio SUMMARIPA. *Tarviſii*. MCCCCLXXX. PRIMA EDITIO. In fine legitur.

*Impreſſio facta per Magiſtrum Michaelem Manzolinum Parmenſem, anno Chriſtianæ ſalutis* MCCCCLXXX. *apud Fluvium Sylerem in magnifica civitate* Tarviſii, *clariſſimo Ludovico Vendramino Prætore, atque Præfecto pro excellentiſſimo Venetorum Imperio.*

## L

LAERTII (Diogenis) Vitæ, & Sententiæ eorum qui in Philoſophia claruerunt. EDITIO PRINCEPS. cum pereleganti miniatura in principio; ac litteris initialibus deauratis. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXV. per Nicolaum Jenſon Gallicum. Nitida editio.

LASCARIS (Conſtantini) Grammatica, Græce. 4. EDITIO PRINCEPS. *Mediolani*. MCCCCLXXVI. per Magiſtrum Dionyſium Paraviſinum.

B. LEONIS Papæ, Epiſtolæ, & Sermones. PRIMA EDITIO. fol. In fine hæc leguntur carmina:

*Aſpicis illuſtres* &c. ut ſupra in Beſſarionis, Herodoti, Juſtinique editionibus.

*Petrus cum Fratre Franciſco Maximus ambo*

*Huic operi aptatam contribuere domum.*

MCCCCLXX.

LEXICON Græcum cum Præfatione Boni Accursii Piſani. Editio Princeps. ſine anno, loco, & impreſſoris nomine. fol. Apparet autem, hanc editionem fortaſſe perfectam fuiſſe ante annum MCCCCLXXVIII. cum eodem anno dono data ſit; ut in fine legitur. cum ſingulis litteris initialibus deauratis.

T. LIVII Hiſtoriæ Romanæ, Pulcherrima editio, cum miniaturis affabre elaboratis in principio uniuſcujuſque Tomi appoſitis. Fol. magno Vol. III. per Vindelinum Spirenſem, ut ex his verſibus, ex aliis multis in fine excerptis apparet, impreſſa.

*Et Vindelino debebis tu quoque formis,*
*Egregie impreſſit has modo qui decadas;*
*Adde, quod & perpulchra effinxit, & optima junctis,*
*Hoc etiam, ut placeant hæc monumenta tua.*
*Atque tot impreſſit, totum jam poſſit in orbem*
*Diffundi, atque ævum nomen in omne tuũ.*

MCCCCLXX.

—— EÆDEM. fol. magno. vol. III. *Mediolani*. MCCCCLXXVIII. per Philippum de Lavagna. Præſtantiſſima editio.

EÆ-

— EÆDEM. duobus Voluminibus comprehenſæ. fol. magno. Cum eleganti miniatura in frontiſpicio, ac litteris in ſingulos libros deauratis. In calce hujus celebris Editionis ſic legitur:

*Has tres Titi Livii Decadas Petrus Juſtinus* PHILELPHUS, *ut amicis quibuſdam ſuis morem gereret, quam diligentiſſime recognovit. Impreſſit autem* Mediolani, *Opifex conſummatiſſimus Antonius Zarothus, opera & impenſis Johannis Legnani, Decimo Kalendas Novembres. Regnantibus Illuſtriſſimis Mediolani Ducibus, Bona, & Johanne Galeatio Maria Sphortia: anno a Natali Chriſtiano.* MCCCCLXXX.

— EÆDEM. fol. magno. Nitidiſſimo charactere. In fine ſic reperitur:

*Impreſſit Uldericus Scinzenzeler, impenſis Alexandri* MINUTIANI, *ex quam emendato Exemplari. Si cum cæteris conferes, quam facillime intelliges, candidiſſime Lector; cum etiam Librariorum culpam, quantum licuit, idem Alexander præſtare conatus eſt.* Mediolani, *pridie quam Ludovicus Maria Sfortia Anglus, Princeps ſapientiſſimus, hujus inclyti Imperii Sceptrum, & Ducalia Inſignia a Maximiliano Imperatore per Legatum acciperet. Anno Salutis* MCCCCXCV. *die* XXV. *Maii*.

LUCANI (M. Annæi) Cordubenſis, Pharſalia. fol. in PERGAMENA, cum eleganti miniatura in initio, ac prima pagina litteris majuſculis effigiata. Pulcherrima editio; ſine anno, loco, & nomine impreſſoris.

Q. LUCRETIUS Carus de Rerum Natura. fol. Codex ita completur:
*Paulus hunc impreſſit Fridenperger in Verona,*
*Qui genitus eſt in Patavia Alemagnæ.*
*Ab Incarnatione Chriſti* MCCCCLXXXVI. *Die Vigeſimo octavo Septembris, Kalendis Octobris.*

## M

MACROBII (Aurelii Theodoſii) Viri Conſularis, & Illuſtris, de Somnio Scipionis, & Saturnalia. fol. *Venetiis.* MCCCCLXXII. per Nicolaum Jenſon. Editio perelegans.

MANILII (Marci) Opera; GERMANICI Aratus, ad Auguſtum; & Caji VALERII FLACCI Argonauticon. fol. EDITIO PRINCEPS. *Bononiæ.* MCCCCLXXIV. per Ugonem Rugerium, & Dominum Bertochum Regienſes.

MARCELLUS (Nonius) Tiburtienſis, ad filium, de Proprietate Sermonis. fol. *Venetiis.*

*netiis*. MCCCCLXXVIII. ſine nomine impreſſoris. non inelegans editio.

—— EJUSDEM aliud exemplar. fol. *Parmæ*. MCCCCLXXX. ſine impreſſoris nomine. Nitida editio.

MARTIALIS (M. Valerii) Epigrammata. fol. *Venetiis* per Johannem de Colonia, ſociumque ejus Johannem Manthen de Gherretzen. MCCCCLXXV.

—— EJUSDEM Opera. fol parvo. Elegantiſſima editio, ſed ſine loco, anno, ac nomine impreſſoris.

—— EJUSDEM Epigrammata. fol. *Mediolani*. MCCCCLXXVIII. per Philippum de Lavagna. Pulchra editio, a Georgio ALEXANDRINO emendata.

MARTIUS (Galeotus) Narnienſis de Homine. fol. EDITIO PRIMA. ſine anno, loco, & nomine impreſſoris. Nitida editio.

MATARACII (Franciſci) Peruſini, Viri utraque lingua eruditiſſimi, de componendis Verſibus Hexametris, & Pentametris Opuſculum. 4. in fine:

*Erhardus Ratdolt Auguſtenſis probatiſſimus librariæ artis exactor ſumma confecit diligentia, anno Chriſti* MCCCCLXVII. VII. *Kalend. Decembris*. Venetiis. *Seu potius* MCCCCLXXXVII. *in quo anno idem Ratdolt*

*iiſdem-*

*iiſdemque Typis Euclidem impreſſit ; nec ullum invenitur librum antea hunc annum evulgatum ab eodem fuiſſe .*

Si compilator hujus catalogi Annalium Maittairii T. IV. pag. 391. legiſset, duas has erroneas aſsertiones ommiſiſſet. Nam pro LXX LXXVIII. legendum eſt.

MESUE de Medicinis Univerſalibus . fol. EDITIO PRINCEPS. *Venetiis* . MCCCC LXXI. XV. Kalendas Junii apud Clementinum Patavinum.

MODESTUS de Re Militari, de Magiſtrabus Urbis, de Sacerdotiis, & de Legibus: ac SVETONIUS de Grammaticis. PRIMA EDITIO. 4. *Venetiis*. MCCCCLXXIV. opera, & impendio Bartholomæi Cremenſis, & Bartholomæi de Carlo Vercellenſis, ejus conſocii. Nitidiſſima editio.

MOMBRITII (Bonini) Vitæ Sanctorum. fol. vol. II. Editio eſt pulchra, ſed nomine impreſſoris, anno, & loco caret. In initio reperiuntur hi verſus:

BONINUS Mombritius Mediolanenſis, magnifico viro, ſplendidiſſimoque Equiti aurato, D. Cicho Simonetæ, Illuſtriſſimorum & Excellentiſſimorum Ducum Mediolani Secretario, S. D. P.

*Ciche ſalus Regum, Latiæ moderator habenæ,*
*Quique mei Tutor ſis ſine labe Ducis;*
*Ciche potens rerũ, rerum quo cardine poſtes*
*Claudere nunc aditũ, nunc aperire ſolẽt.*

*Tu*

*Tu potes optatæ mundo commercia pacis*
*Reddere, tu valida cogere bella manu.*
*Tum Mars Italiæ vacat, Erigoneaque cælo*
*Saturno rurſus cum ſene lapſa redit.*
*Eſt aliquid quod te legiſſe per otia malim,*
*Sanctorum Vitas, maxima geſta virûm.*
*Invenies aliquid quod & inveniſſe juvabit:*
*Nil Cicho fateor dignius eſſe meo.*
*Nil petimus, quam quod noſtro ſis blandus amori,*
*Et Mæcenatem me coluiſſe feras.*

## O

OMNIBONUS (Leonicenus) Vicentinus, Vir Clariſſimus, de Octo partibus Orationis, ad Illuſtriſſimum Magnanimumque Principem Dominum Federicum de Gonzaga Marchionem. 4. EDITIO PRINCEPS, nitidaque. in PERGAMENA. *Venetiis*. MCCCCLXXIII. per Jacobum Gallicum.

OPUS, italico idiomate conſcriptum, cui titulus: *Fiore di virtude* &c. 4. In fine hi verſus.

*De le virtù. io ſon chiamato el fiore.*
*Le Feſte almen. Lezeme per amore.*
*Fui rinovato. nel milequattrocento.*
*Settantaſette. nel beretin convento.*

De

*De la cha grande . ſe chiama la gieſia.*
*Grande ornamento . de lalma Veneſia*
Die XXIII. Octobris.

OPUS, cui titulus: NOSCE TE IPSUM. 4. in fine:

*Actum hoc opus eſt ex inclyta atque famoſa officina Nicolai Jenſon Gallici, Olympiadibus Dominicis, anno videlicet* MCCCCLXXX. *quarto Kalendas Julias.*

ORIGENES contra Celſum. fol. in PERGAMENA. EDITIO PRINCEPS. eſtque Illuſtriſſimo Joan. Mocenico, Venetiarum Duci, dicata. Hoc exemplar idem videtur eſſe quod Principi illi oblatum fuit, ut a magnificentiſſimis miniaturis deauratis cum ejuſdem ſtemmate in initio colligi poteſt. In fine legitur:

*Origenis contra Celſum finis; quem Chriſtophorus* PERSONA *Romanus, Prior Sanctæ Balbinæ de Urbe, Latine Græceque peritiſſimus, cum fide e Græco traduxit, & emendavit: magiſter vero Georgius Herolt de Bamberga* Romæ *impreſſit anno Incarnationis Domini* MCCCCLXXXI. *menſe Januarii, regnante Sixto Quarto Pontifice Maximo, anno ejus decimo.*

OROSIUS (Paulus) de Varia Hiſtoria. fol. EDITIO PRINCEPS ac nitida. In initio litteris majuſculis ſic legitur:

*Scias*

*Scias velim, humaniſſime lector, Æneam* VULPEM *Vicentinum, Priorem Sanctæ Crucis, adjutore Laurentio Brixienſi, Hiſtorias Pauli Oroſii, quæ continentur hoc Codice, quam accuratiſſime potuit, caſtigaſſe; cui non improbando ſane labori, ſi quid ex ingenio tuo, vel melius, vel aptius addendum putabis, id honore ejus integro facias obſecro; quod eſt non ingrati animi officium.* Leguntur hi verſus in fine:

Bartholomæus Paiellus, Eques Vicentinus, in P. Oroſium.

*Ut ipſe titulus margine in primo docet,*
*Oroſio nomen mihi eſt.*
*Librariorum quicquid erroris fuit,*
*Exemit Æneas mihi;*
*Meque imprimendum tradidit non alteri,*
*Hermanne, quam ſoli tibi.*
*Hermanne, nomen hujus artis & decus;*
*Tuæque laus Coloniæ.*
*Quod ſi ſitum orbis, ſique noſtra ad tempora*
*Ab orbis ipſa origine,*
*Quiſquā tumultus, bellaque, & cædes velis,*
*Cladeſque noſſe; me lege.*

OVIDII Operum, editio elegantiſſima. fol. In fine legitur.

*Hujus Opera omnia Medea excepta, & Triumpho Cæſaris, & libello illo Pontica lingua*

com-

*compoſito , quæ incuria temporum perierunt : Jacobus Rubeus natione Gallicus honeſtiſſimo loco natus , ad utilitatem Viventium , nec non & poſterorum impreſſit . Nicolao Marcello Duce inclyto* Venetiarum : MCCCCLXXIV.

—— EJUSDEM de Arte Amandi , de Remedio Amoris, in Ibin , de Nuce , de Faſtis, de Triſtibus, de Ponto, de Pulice, ac de Philomela . fol. Editio nitidiſſima, ac pulcherrimi characteris; ſed caret anni , loci, & impreſſoris nominis diſtinctione.

—— EJUSDEM Epiſtolæ, Elegiæ, de Remedio Amoris, de Medicamine Faciei, de Nuce, de Triſtibus, de Ponto , de Pulice, de Philomela, in Ibin, de Faſtis, ac Epiſtola Conſolatoria ad Liviam Auguſtam. fol. editio nitidiſſima . ſine anno. *Mediolani*, per Antonium Zarotum Parmenſem.

—— EJUSDEM Opera omnia . fol. edidit BONUS ACCURSIUS Piſanus. *Venetiis*. MCCCCXCVIII. XXIII. (*ſic*) Calendas Decembris , per Chriſtophorum de Penſis de Mandello. Editio correcta.

PE-

## P

PEDIANI (Q. Aſconii) Fragmenta. fol. EDITIO PRIMA. In fine ſic legitur: *Hæc eſt pars Q. A. Pediani, cura, & diligentia* POGGII *Florentini, Viri litteratiſſimi, reperta in Monaſterio Sancti Galli prope Conſtantiam XX. millibus paſſuum; & ab ipſius Poggii exemplaribus a me A. Ju. tranſcripta, ac* Venetiis *per Johannem de Colonia, ſociumque ejus Johannem Manthen de Gherretzem impreſſa. Accedit:* Georgii TRAPEZUNTII de artificio Ciceronis Orationum: item XICONIS Polentoni argumenta ſuper aliquot Orationibus, & Invectivis Ciceronis: ambo ab eodem Poggio editi, ac per eumdem Johannem de Colonia anno MCCCCLXXVII. *Venet.* impreſſi. Elegans editio.

PENTATEUCHUM. Tomi duo, Hebraice. *Uliſſiponæ* ad annum 251. (ideſt MCCCCXCI.) editio elaboratiſſima in PERGAMENA impreſſum. *Vide le Long.*

PEROTTI (Nicolai) Pontificis Sypontini, ad Pyrrhum Perottum, nepotem ex fratre ſuaviſſimum, Rudimenta Grammatices. PRIMA EDITIO. 4. In fine:

*Anno*

*Anno Salutis* MCCCCLXXVI. Tarviſii. *Franciſcus* RHOLANDELLUS *Poëta emendavit*, *& Gerardus de Flandria impreſſit*, *diligentiſſime uterque*. Nitidiſſima editio.

PETRARCHÆ, Poetæ Laureati Excellentiſſimi, Poemata quæ Italice ſcripſit. fol. EDITIO PRINCEPS. cum notulis undequaque in margine manu Viri Celebris FRANCISCI MELCHIORIS Opitergini. Huic præſtantiſſimæ editioni adduntur Odæ nonnullæ ejuſdem Petrarchæ, ab ALBERICO LONGO Salentino verſibus Latinis eleganter converſæ, petente eodem Melchiore; & nunquam editæ. fol. cum miniatura in initio. In fine:

*Quæ fuerant multis quondam confuſa tenebris,*
*Petrarchæ Lauræ metra ſacrata ſuæ,*
*Chriſtophori, & fervens pariter Cyllenia cura*
*Tranſcripſit nitido lucidiora die. (pus,*
*Utque ſuperveniens nequeat corrũpere tẽ-*
*En Vindelinus ænea plura dedit.*

Laudatur hæc editio a Reverendo Viro *D. Cajetanio Vulpio* in Prolegomenis Petrarchæ a ſe publicati *Patavii*. MDCCXXII. apud Joſephum Cominum. in 8. pag. civ.

—— EJUSDEM fol. Editio nitidiſſima, accedunt Incerti Notæ eruditiſſimæ ad marginem

ginem appoſitæ argumenta capitulorum ſingulorum explicantes ad mentem auctoris. ſine nomine impreſſoris. In fine. MCCCCLXXIII. *Nicolao Marcello Principe regnante impreſſum fuit hoc opus feliciter in Venetiis.*

—— EJUSDEM de Vitis Imperatorum, & Pontificum uſque ad Annum MCCCLXXI. incluſive: continuatæ ad Ann. MCCCC LXXVIII. per alium Auctorem, Italico Sermone conſcriptæ, cum miniaturis. fol. PRIMA EDITIO. *Florentiæ.* MCCCC LXXVIII. apud Sanctum Jacobum de Ripoli.

—— EJUSDEM alia præclara editio, in qua primæ paginæ cujuſvis libri litteris majuſculis impreſſæ, litteræque initiales deauratæ conſpiciuntur. fol. In fine: *Franciſci Petrarchæ, Poetæ Laureati, Secretarii Apoſtolici benemeriti, Rerum Vulgarium fragmenta, ex originali libro extracta. In* Urbe Patavina *liber abſolutus eſt feliciter.* BAR. *de Valde, Patavus* FF.

*Martinus de Septem arboribus Prutenus.* MCCCCLXXII. *Die* VI. *Novembris.*

PHILELFI (Franciſci) Satyræ. EDITIO PRIMA. fol. *Mediolani.* MCCCCLXXVI. per Chriſtophorum Valdarfer Ratiſponenſem, hujus eximiæ artis imprimen-

di conſummatiſſimum magiſtrum. Nitidiſſima editio.

—— EJUSDEM Epiſtolæ Omnes. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXXVIII. ſtudio, & diligentia Johannis Rubei.

PII SECUNDI Pontificis Max. Epiſtolæ. fol. *Mediolani*. MCCCCLXXIII. per Antonium de Zarotis Parmenſem. PRIMA EDITIO, & nitidiſſima.

—— EJUSDEM eædem. fol. *Mediolani*. MCCCCLXXXVII. Antonius Zarotus Parmenſis impreſſit caſtigatiſſime, opera & impendio Johannis Petri Novarienſis.

—— EJUSDEM Hiſtoria Rerum ubique Geſtarum. PRINCEPS EDITIO. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXVII. per Johannem de Colonia, ſociumque ejus Johannem de Gherretzem.

PLATINA (Jo. Bapt.) de Vitis Pontificum. fol. EDITIO II. Opus accurate caſtigatum. *Venetiis*. MCCCCLXXIX. III. Idus Junii, per Johannem de Colonia, & ſocium ejus Johannem Manthen de Gherretzem impreſſum.

PLAUTI (M. Acci) Comœdiæ omnes. fol. EDITIO PRINCEPS. In fine:

*Plautinæ viginti Comœdiæ, linguæ Latinæ deliciæ, magna ex parte emendatæ per Georgium* ALEXANDRINUM: *de cujus eruditione, & di-*

*& diligentia judicent legentes. Impreſſæ fuere opera, & impendio Joh. de Colonia, atque Vindelini de Spira.* Venetiis. MCCCCLXXII.

—— EJUSDEM Comœdiæ. fol. in fine: *Plautinæ viginti Comœdiæ olim magna ex parte emendatæ per Georgium* MERULAM *Alexandrinum, Virum doctiſſimum, nunc recognitæ per Euſebium* SCUTARIUM *Vercellenſem, impreſſæ fuere in officina egregii mancipis Ulderici Scinzenzeler, ipſius, & magiſtri Joannis Lignani opera, & impendiis.* Mediolani. MCCCCXC. Nitida editio, cum luculenta miniatura in initio.

C. PLINII Secundi Naturalis Hiſtoria. fol. magno. PRIMA omnium EDITIO, cum frontiſpicio, ac ſingulis litteris initialibus deauratis, & depictis. *Venetiis.* MCCCCLXIX. per Jo. Spirenſem, in cujus fine hi verſus reperiuntur:

*Quem modo tam rarum cupiens vix lector haberet,*
*Quique etiã fractus pene legendus erã;*
*Reſtituit* Venetis *me nuper Spira Joannes,*
*Exſcripſitque libros ære notante meos.*
*Feſſa manus quondam, moneo, calamuſque quieſcat,*
*Namque labor ſtudio ceſſit, & ingenio.*
MCCCCLXIX.

—— EJUSDEM eadem. fol. magno. Editio pulcherrima, eximia in frontiſpicio libri miniatura exornata. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXII. per Nicolaum Jenſon.

—— ALIUD Exemplar ejuſdem editionis ut ſupra; fuit olim Clariſſimi Viri Speronis SPERONI, Nobilis ac J. C. Patavini, ut teſtatur ſtemma ejus in frontiſpicio: habet inſuper ſingulas litteras initiales deauratas, ac variis ornamentis depictas. fol. magno. in PERGAMENA.

—— ALIUD Exemplar. fol. magno. cum litteris initialibus, ac frontiſpicio depictis. Perpulchra editio. In fine ſic legitur:

*Caji Plinii Naturalis Hiſtoriæ lib. Triceſimi Septimi & ultimi finis; impreſſi* Parmæ, *ductu & impenſis mei Stephani Coralli Lugdunenſis*. MCCCCLXXVI. *Regnante invictiſſimo Principe Galeatio Maria Mediolani Duce quinto*.

Sequitur Epiſtola Philippi BEROALDI, a quo opus eſt emendatum.

—— EJUSDEM Plinianæ Hiſtoriæ Italica verſio per Chriſtophorum LANDINUM Florentinum; eſtque ab eodem Landino Ferdinando Neapolis Regi dicata. fol. magno. *Venetiis*. MCCCCLXXVI. per Nicolaum Jenſon.

C. PLI-

C. PLINII Secundi Novocomenſis, Oratoris facundiſſimi, Epiſtolæ. fol. *Mediolani*. MCCCCLXXVIII. quarto Kal. Martias. Philippus Lavagnia Civis Mediolanenſis, ad Omnipotentis laudem, & ſtudentium utilitatem impreſſit. Editio pulchra, cum miniatura in initio.

—— EJUSDEM Panegyricus. 4. ſine anno, & loco, & typographi nomine. Nitida editio. Franciſco PUTEOLANO corrigente.

—— EJUSDEM de Præclaris Geſtis Romanorum. PRIMA & elegans EDITIO. 4. Sed non traditur anni, loci, vel typographi notitia.

PLUTARCHI Virorum Illuſtrium Vitæ in Latin. ſermonem converſæ, & tomis duobus comprehenſæ. fol. magno. *Venetiis*. MCCCCLXXVIII. per Nicolaum Jenſon. Pulchra editio.

—— EJUSDEM Vitæ aliquot. fol. magno. ſine anni, loci, vel impreſſoris nomine. Hæc EDITIO PRIMA eſſe creditur, antequam reliquæ Vitæ repertæ eſſent; ſummi eſt enim nitoris.

PLOTINI Opera, Marſilio FICINO interprete. fol. magno. In fine:

*Magnifico ſumptum* LAURENTII MEDICI, *Patriæ Servatoris*, *impreſſit ex Archetypo*

*Antonius Miſcominus*. Florentiæ. MCCCC XCII. *Nonis Maji*.

POGGII Florentini, Secretarii Apoſtolici, & Oratoris Clariſſimi, Facetiæ. 4. *Mediolani*. MCCCCLXXVII. per Chriſtophorum Valdarfer. Nitida editio.

—— EJUSDEM Hiſtoria Patriæ ex Latino in ſermonem Italicum converſa a JACOBO ejus FILIO. EDITIO PRINCEPS, ac pulchra. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXVI. per Jacobum de Rubeis.

PRISCIANI Grammatici, EDITIO PRINCEPS & venuſta. fol. *Venetiis*. MCCCCLXX. ſine typographi notatione; ſed conjicitur eſſe Vindelini.

—— EJUSDEM alia, abſque loco, vel typographi nomine, anno vero MCCCCLXXII. impreſſa, & cum ſuperioris elegantiæ ſit, & caracteris: facile eidem Vindelino tribuere poteſt. fol.

—— EJUSDEM alia. *Venetiis*. MCCCCLXXVI. per Jo. de Colonia, & ſocium ejus Johannem de Gherretzem; nitidiſſima editio. fol.

PROBI (Æmilii) Viri Clariſſimi, Vitæ Illuſtrium Virorum. fol. EDITIO PRINCEPS. MCCCCLXXI. per Nicolaum Jenſon. ſine loco; attamen *Venetiis* impreſſa.

PRO-

PROPERTII ( Sexti Aurelii ) & Albi TIBULLI Poemata. 4. MCCCCLXXII. ſine loco, & nomine typographi, non inelegans editio.

## Q

QUINTILIANI (M. Fabii) Inſtitutiones Oratoriæ. EDITIO PRINCEPS. Franciſco CAMPANO edente. In fine legitur. *M. Fabii Quintiliani Inſtitutionum Oratoriarum ad Victorium Marcellum liber* XII. *& ultimus explicit.*

*Abſolutus* Romæ *in via Papæ, prope S. Marcum anno ſalutis* MCCCCLXX. *die vero tertia Menſis Auguſti. Paulo Veneto Papa II. florente anno ejus* VI.

—— EJUSDEM Eædem. fol. magno, clariſſima Editio. In cujus fine ſic legitur:

*Quintilianum Eloquentiæ fontem, ab eruditiſſimo Omnibono* LEONICENO *emendatum, M. Nicolaus Jenſon Gallicus viventibus poſteriſque miro impreſſit artificio.*

*Annis* MCCCCLXXI. *Menſe Maji.*

*Die* XXI.

—— EJUSDEM eædem. fol. *Mediolani*. MCCCCLXXVI. per Antonium Zarotum Parmenſem. Editio præclara, cum littera initiali auro, coloribuſque exornata.

—— EJUSDEM Declamationes. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXXII. per Lucam Venetum. Nitida editio.

R

RAINERI Pantheologia anno MCCCC LXXIV. impreſſa, ſed ubi vel a quo non ſit mentio, in fine autem, Auctor, ut conjicitur, ſic ſe exprimit.

*Ab anno Dominicæ Incarnationis* MCCCCLXXIV. *Liber Pantheologia nuncupatus &c. feliciter finit.*

*Pro cujus conſummatione altiſſime Trinitati, ſimpliciſſimeque Deitati, elevatis manibus, flexiſque poplitibus, corde profundiſſime humilitatis inclinato, gratias refero. amen.*

REI RUSTICÆ SCRIPTORES, ſcilicet Marcus CATO Priſcus, Marcus Terentius VARRO, Lucius Junius Moderatus COLUMELLA, PALLADIUS Rutilius Taurus Æmilianus. fol. EDITIO PRINCEPS. *Venet.* MCCCCLXXII. In fine.

*Opera & impenſa Nicolai Jenſon Gallici* MCCCC LXXII. *Nicolao Throno Duce Venetiarum inclyto.*

—— EARUMDEM Editio nitida; *Regii*. MCCCC-

MCCCCLXXXII. impenſis Bartholomæi Bottoni, alias Bruſchi, Regienſis. In fine:

*Priſcorum quicumque ſtudet monumenta doceri,*
*Terrarum & cultus, arva, Deoſque ſimul,*
*Hos legat antiquos, Varronem, tumque* Catonis
*Scripta, Columellā, Palladiumque legat*
*Rura canunt, ruriſque Deos: his vita magiſtris*
*Deſuevit querna pellere glande famem.*
*Impreſſit* Regii *nuper volumina quorum*
*Optime Bottonus nomine Bartholomęus.*

## S

SABADINI de Arientis (Joannis) Bononienſis, Facetiæ Porrectanæ. Italico ſermone conſcriptæ. EDITIO PRINCEPS. fol. *Bononiæ*. MCCCCLXXXIII. ultimo Aprilis, per Enricum de Colonia.

SABINI (Auli) Poetæ Laureati, Commentum in Juvenalem. fol. PRINCEPS & nitida EDITIO, cum miniatura in initio. *Romæ*. MCCCCLXXIV. arte maxima, & ingenio Georgii Sachſel de Rechenhal, & Bartholomæi Golſch de Hoenbart Clerici, impreſſum.

SA-

SABELLICI ( M. Antonii ) de Rebus Venetis ab Urbe Condita. fol. magno. Pernitidum Exemplar, ac EDITIO PRINCEPS; cum frontiſpicio, ac litteris initialibus depictis. *Venetiis*. MCCCCLXXXVII. Arte & induſtria optimi viri Andreæ de Torreſanis de Aſula.

C. SALLUSTII Criſpi, de Conjuratione Catilinæ, ac de Bello Jugurthino. fol. EDITIO PRINCEPS, & præclara. MCCCCLXX. ſine loco, & nomine impreſſoris.

—— EJUSDEM Opera. fol. *Mediolani*. MCCCCLXXIV. die 4. Auguſti, per Antonium Zarotum Parmenſem. Pulchra editio, cum Invectiva in M. T. Ciceronem, ac hujus reſponſione.

—— EJUSDEM Opera. fol. in fine: *Criſpi Salluſtii, Hiſtoriographi Clariſſimi, Catilinarii, ac Jugurthini Belli finis*. Venetiis, *opera, & impenſa magiſtri Philippi Petri: magna cum diligentia, atque arte impreſſi. A. D.* MCCCCLXXVIII. *Die* XXII. *Junii*. Editio nitida.

—— EJUSDEM Opera. fol. Editio nitida; ſed ubi, aut quo tempore liber ſit impreſſus, omnino non conſtat.

SERVII ( Mauri Honorati ) Grammatici, Commentarius in Virgilium. PRINCEPS & clariſſima EDITIO. fol. ſine loco.

loco. In fine hi verſus ſubjunguntur.

*Si quis in Italia bene preſſa volumina quærit,*
*Nulla quibus toto corpore menda ſedet;*
*Hoc opus inſpiciat, ſunt exemplaria quippe*
*Emẽdata tua, magne* GUARINE, *manu.*
*Edidit ille mei genitus Baptiſta Guarini*
*In lucem nullo tempore viſa prius.*
*Quæ pretio ingenti, ſummiſque laboribus empta*
*Chriſtophorus potuit ſolus habere celer;*
*Sanguine Valdarfer, quem Ratiſpona creavit.*
*Inventoris opus lingua Latina probat.*
MCCCCLXXI.

—— IDEM in eundem. fol. Editio nitidiſſima. *Mediolani*. MCCCCLXXV. deſideratur nomen impreſſoris.

SICULUS (Diodorus) de Varia Priſcorum Hiſtoria, a POGGIO in Latinum converſa ſermonem. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXVI. per Andream Jacobi Catharenſem. Nitida editio.

SILII Italici Punicorum lib. XVII. fol. *Parmæ*. MCCCCLXXXI. Die vero XVI. Menſis Novembris, abſque nomine impreſſoris. Nitidiſſima editio.

SIMONETTÆ (Johannis) Hiſtoria de Rebus a Franciſco Sfortia Mediolanenſium Duce

Duce geſtis. Fol. EDITIO PRINCEPS & perelegans cum Frontiſpicio miniato, & Litteris deauratis. In fine Litteris majuſculis ſic ſe habet.

*His comentariis a primo Alphonſi in Italiam adventu, & a quarto & viceſimo ſupra quadrigenteſimum & milleſimum anno a natali Chriſtiano ad ſextum & ſexageſimum uſque annum, non divi Franciſci Sphortiæ ſolum, ſed omnium Italicorum populorum, Regum & Rerumpublicarum facta domi foriſque continentur: Tanta fide & religione litteris prodita, ut nihil gratiæ, atque adulationi datum eſſe conſtet, quæ eo certiora habenda ſunt, quod qui ſcripſit rebus fere omnibus interfuit, & nunc regnante Johanne Galeacio VI. Mediolani Duce auſpiciis & juſſu Illuſtriſſimi Ludovici Sphortiæ, Antonius Zarotus impreſſit.* Mediolani *decimo Kalendas Februarias* MCCCCLXXIX. *ut invenitur in epiſtola* PHILELPHI.

—— EADEM a Chriſtophoro LANDINO Florentino in Italicum ſermonem converſa. fol. EDITIO PRINCEPS. *Mediolani*. MCCCCXC. per Antonium Zarotum Parmenſem.

SOLINUS (Julius) de Situ Orbis, & Rebus memorabilibus, quæ Mundi ambitu con-

continentur. PRIMA EDITIO. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXIII. per Nicolaum Jenſon.

—— EJUSDEM eadem editio, ſed in PERGAMENA, cum eleganti miniatura in frontiſpicio, ab excellenti manu exarata.

STATII (Papinii) Thebais. fol. EDITIO PRINCEPS, ac luculenta: accedunt ejuſdem Sylvæ. *Vincentiæ*. MCCCCLXXXI. per Johannem Rhenenſem, & Johannem Bertochum. Nitida Editio.

STRABO de Situ Orbis. fol. magno. cum miniatura in frontiſpicio. *Venetiis*. MCCCCLXXII. apparent hi verſus in fine:

*Orbis noſcere, lector, univerſi*
*Si tractus cupis, hos emas libellos*
*Strabonis: tibi nomine dicatos*
ZENI, *præſulis optimi, ſacrique;*
*Quo nil doctius eruditiuſque*
*Nunc Antenorei vident penates:*
*Impreſſos digitis Vindelianis.*

C. SUETONIUS Tranquillus de XII. Cæſarum Vitis; cum litteris initialibus deauratis. fol. *Venetiis*. MCCCCLXXI. Editio pernitida. additur in fine hoc tetraſtichon:

*Hoc ego Nicolaus Gallus, cognomine Jenſon,*
*Impreſſi: miræ quis neget artis opus?*

*At*

*At tibi dum legitur docili Suetonius ore,*
*Artificis nomen fac, rogo, lector, ames.*

—— IDEM de iiſdem. fol. In fine:
*Hoc Opus diligenter emendatum, impreſſum eſt* Mediolani *per Antonium Zarotum, opera, & impenſis Johannis Legnani, die* XVI. *Novembris, anno* MCCCCLXXX. Nitida editio.

—— EJUSDEM alia editio elegantiſſima. fol. MCCCCLXXX. carens vero, loco, nomineque typographi.

SUIDÆ Opera omnia Græce, tomis duobus comprehenſa. fol. magno. EDITIO PRINCEPS. *Mediolani*. MCCCCXCIX. impenſa, & dexteritate Demetrii CHALCONDYLI, Johannis BISSOLI, Benedicti MANGII Carpenſium. Die XV. Novembris.

## T

TACITI (Cornelii) Hiſtoria Auguſta; cui accedit Julii Agricolæ vita. fol. Præclara editio; ſine anno, loco, & typographi nomine.

TERENTII Afri Comœdiæ. fol. EDITIO præclara, ac PRINCEPS, ut creditur. ſine anno, loco, & typographo.

—— IDEM Terentius. fol. in fine:

*Cal-*

*Callippi calamo fuit exemplare repertum,*
*Unde eſt impreſſū, quod legis, hoſpes, opus.*
*Venetiis*. MCCCCLXXI. per Joannem de Colonia. Editio nitidiſſima.

—— IDEM. fol. MCCCCLXXIV. prid. Nonas Auguſti. Pulchra editio; ſed caret loco, & impreſſoris nomine.

—— IDEM. fol. MCCCCLXXV. in *Sancto Urſo*, Vincentiæ diſtrictu. cum miniatura in principio. Jo. de Rheno impreſſit, die ultima Aprilis. Editio luculenta.

THEOCRITI, HESIODI, THEOGNIDIS, PYTHAGORÆ, PHOCYLIDIS Carmina. Græce. PRINCEPS EDITIO, fol. *Venetiis*. MCCCCXCV. Menſe Februario. characteribus, ac ſtudio Aldi Romani.

THOMÆ, Divi, Theologiæ Quart. Script. fol. magno. in PERGAMENA. In calce charactere rubro ſic legitur:

*Præclarum hoc opus Quarti Scripti B. Thomæ de Aquino, alma in Urbe* Moguntina *inclytæ nationis Germanicæ; quam Dei clementia tam alti ingenii lumine, donoque gratuito cæteris terrarum nationibus præferre, illuſtrareque dignata eſt; artificioſa quadam adinventione imprimendi, ſeu characterizandi abſque ulla calami exaratione, ſic effigiatum, & ad euſebiam Dei induſtrie eſt conſummatum per Petrum*

*Scoiff-*

*Schoiffher de Gernſzhem*, *anno Domini* MCCCCLXIX. *tredecima Menſis Junii*. *ſit laus Deo*.

—— EJUSDEM Secunda, Secundæ. fol. in PERGAMENA. In fine, ſed charactere nigro legitur.

*Hoc opus præclarum* &c. ut ſupra.

MCCCCLXVII.

—— EJUSDEM Quæſtiones de Veritate diſputatæ. fol. *Romæ*. MCCCCLXXVI. per Arnoldum Pannartz. PRIMA EDITIO.

TORTELII (Johannis) Aretini, Commentaria de Orthographia dictionum ex Græcis tractarum. In frontiſpicio micat egregia miniatura, ut exiſtimatur, Andreæ Mantegnæ; ac ſingulæ litteræ initiales variis ornamentis Avium, Florum &c. illuſtratæ ſunt. fol. magno. *Venetiis* per Nicolaum Jenſon. EDITIO PRINCEPS. MCCCCLXXI.

—— IDEM. fol. *Tarviſii*. MCCCCLXXVII. per Michaelem Manzolinum Parmenſem. Editio nitida, ab Hieronymo BONONIO correcta; in cujus laudem Odam perelegantem in fine ſubjunxit.

TRAPEZUNTII, Georgii, viri doctiſſimi atque eloquentiſſimi Rhetorica, ſine anno, ſed a Vindelino Spirenſe impreſſa, ut ab his verſibus apparet.

*Quæ*

*Quę ſuperat reliquas artes, eſt facta* GEORGI
*Ars bene dicendi munere noſtra tuo.*
Correxit Veneta *Rhetor Benedictus in urbe*
*Hanç emat Orator qui bonus eſſe velit.*
*Si neſcis ubi ſit venalis, quære Lemanum*
*Spiram, qui pretii Codicis auctor erit.*
Coradinus.

V

VALERIUS Maximus de Factis, & Dictis memorabilibus. EDITIO PRINCEPS. fol. in fine ſic legitur:

MCCCCLXXI.

*Impreſſum formis, juſtoque nitore coruſcans*
*Hoc Vindelinus condidit artis opus.*

— IDEM. fol. *Mediolani*. Elegans editio. MCCCCLXXVIII. per Philippum de Lavagna. In fine libri ſequentes verſus adhibentur:

Auctor ad Librum ſuum.

*Ne palliatos afferas, liber, ſcombros,*
*Ne ſis marinis pænula altera & conchis,*
*Alacreſve cordillas tuo tegas damno;*
*Dominus cavebit, nec ſuas fugiet partes.*
*Memoranda tantum referet: illis hærebit,*
*Contexet illa: tu tuas agas partes:*
*Tuearis ore nomen auctoris magno,*
*Nec unde pudeat veneris palam ferre.*

E *Mi-*

*Mihi pudendus non es, & tibi non ſim.*
*Miretur aliquis, quod loquaris Romane:*
*Sic protinus agas: Dominus ex illo venit*
*Genere immerenti, quod jugum expulit collo,*
*Primoſque faſces, & ſecures geſtavit.*

—— IDEM fol. Luculenta editio. ſine loco, anno, vel impreſſoris nomine.

—— EJUSDEM altera editio nitida, ſine loco, anno, vel impreſſoris nomine.

VALLA (Laurentius) de Lingua Latina. fol. *Mediolani*. MCCCCLXXIX. per Philippum Lavagna.

VALTURIUS (Robertus) de Re Militari. fol. PRIMA EDITIO. E verſibus qui in fine, ſequentes ſunt excerpti:

*Hæc Sigiſmundo felix ſub principe ſcribis,*
*Quique Operis cauſas dat tibi ſæpe tui.*
*Dumque Taraconias Etruſco ab littore gentes*
*Vertit, habes unde hæc ipſe notare queas.*
*Priſca hæc, Valturi, ſi tempora nacta fuiſſent,*
*Militiæ ferres præmia magna tuæ.*
*Teque Palatini cœpiſſent culmina Phœbi,*
*Roberte, ætatis gloria prima tuæ.*
*Æternos igitur vives cultiſsimus annos,*
*Militiæ verus rexque paterque ſimul.*

*Nos*

*Nos ſub te pariter Muſis, armiſque vacamus:*
*Teque ſequi, o ſcriptor, nos juvat uſque, gravis.*

*Joh. ex* Verona *oriundus, Nicolai Chirurgiæ medici filius, artis impreſſoriæ magiſter, hunc de Re Militari librum elegantiſſimum, litteris, & figuratis ſignis ſua in patria primus impreſſit. An.* MCCCCLXXII.

—— IDEM de eadem. fol. *Veronæ*. MCCCC LXXXIII. XIII. Februarii. Volumen finiunt hi verſus:

*Quiſquis funeſto validas ſub Marte cohortes,*
*Et ſequitur miſſas per freta ſalſa rates;*
*Ille Raguſeū tollat ſuper aſtra* Boninum,
*Ingenioque viri præmia digna ferat.*
*Impreſſit quoniam, quo nam modo bella gerantur,*
*Machina vel quatiat mœnia queque ſolo.*

VARRO (M. Terentius) de Lingua Latina, edente POMPONIO. fol. ſine anno, vel loco, vel nomine impreſſoris. Non inelegans editio.

—— IDEM de eadem. fol. *Parmæ*. MCCCC LXXX. ſine nomine impreſſoris. Nitida eſt editio.

Pub. VIRGILII, Maronis, Opera omnia. Editio perelegans in PERGAMENA. In calce hi verſus.

*Progenitus ſpira formis monumenta maronis*
*Hæc Vindelinus ſcripſit apud Venetos*
*Laudent ergo alii Polycletos, Parrhaſioſve,*
*Et quoſvis alios id genus artifices.*
*Ingenuas quiſquis Muſarum diligit artes,*
*Inprimis ipſum laudibus afficiet.*
*Nec vero tantum quia multa volumina; quantum*
*Quū perpulchra ſimul optimaque exhibeat.*

MCCCCLXX.

—— EJUSDEM eadem. fol. magno. Editio elegantiſſima; in qua initiales ſingulorum librorum verſus litteris majuſculis impreſſi ſunt, ac in prima libri pagina luculentis Romanis characteribus lectores ſic admonentur:

*Lector, ſi Virgilii, Vatis eminentiſsimi, Opera legere cupis, hæc majeſtatem antiquitatis redolentia perlege: nam quicquid in his emendandis, corrigendis, caſtigandiſque Operibus Romana Venetaque lima poliverit, terſerit, & ad ſuum redegerit nitorem, perſpicuum eſt: ſed diligens iſta ſedulitas, & criticorum cenſura diſcedat, ceſſetque nimis affectata caſtigatio, cum ab ipſis propriis Maronis exemplaribus, quæ Romæ in æde Divi Pauli repoſita ſunt, integrum, purum, nitidumque opus hoc effluxerit, natumque ſit.*

Si

SI VIS CERTIOR FIERI : ID LEGITO: VALE
B H
*Anno Incarnationis Dominicæ* MCCCC LXXII.

—— EJUSDEM Eclogæ, Georgica, & Æneis. fol. ſine anno, loco, vel typographi nomine. Eſt autem Editio Perpulchra, ac characteris ad Vindelinianum accedentis.

VITRUVII (L. Pollionis) de Architectura, corrigente Johanne SULPICIO. fol. EDITIO omnium PRINCEPS. in fine hi verſus leguntur:

Jo. Sulpicius Lectori ſalutem.

*Lector, habes tandem veneranda volumina docti*
*Vitruvii: quorum copia rara fuit.*
*Hæc lege: nam diſces nova, magna, recondita, pulchra:*
*Et quæ ſint in re ſæpe futura tua.*
*Emendata vides: ſed peccat littera ſi qua,*
*Corrige: nemo ſatis lynceus eſſe poteſt.*

*Accedit*: Sexti Julii FRONTINI, Viri Conſularis, de Aquis quæ in Urbem influunt. Etiam hujus Auctoris hæc eſt PRIMA EDITIO, per POMPONIUM, & eumdem SULPICIUM emendata.

F. URBANI Bellunenſis, Ord. Min. Inſtitutio-

tiones Grammaticæ Græcæ. 4. *Venetiis* in Ædibus Aldi Manutii Romani MCCCC XCVII.

## X

XENOPHONTIS Cyri Pædia, traductore Franciſco PHILELPHO. PRIMA EDITIO. fol. in fine ſic legitur:

*Huic autem Cyri Pædiæ idem Franciſcus* PHILELPHUS, *Eques Auratus, Laureatuſque Poëta, extremam impoſuit manum.* MEDIOLANI *ad* XI. *Kal. Octobres, anno a Natali Chriſtiano* MCCCCLXVII. ſine nomine impreſſoris. Editio nitidiſſima.

## FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0078

Pretioſiſsimam hanc collectionem poſsidet nunc Rex Angliæ (a), olim vero Jos. Smith conſul ejus Venetiis, ubi præſens Catalogus binis vicibus prodiit (aa) et quidem primæ editionis exemplaria tantum XXV. + excuſa fuiſse, et non ultra CCXXVII libros complecti aſserit clar. Vogt in catal. libr. rar. Præſens vero, quæ eſt altera, complectitur CCXLVIII. utraque libris rariſsimis annumerari ſolet. Vide Denis Bücherkunde. P. I. p. 138. et 239. P. II. p. ~~236~~ 336 not. h.

(a) Ex catalogo a Crevenna Vol. V. p. 307. adducto colligitur potius, Londini 1773 auctioni publ. expositam fuiſse.

(aa) Ut ex litteris a Clement in Sua Bibl. cur. T. VI. p. 413. adductis apparet, prodiit utraque hæc editio apud Paſqualium Bibliopolam Venetiis circa annum 1751 – 53. nam 1755. prodiit Bibliotheca Smithiana integra Venetiis Typis Jo. Bapt. Paſquali 4to cujus hæc collectio pars eſt inſignis.

jam circa annum 1730. quia in Beyer Mem. lib. rar. de ao 1734. jam adducitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0080

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0081

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0082

Aa 4440

S

Anstreichungen / Notizen
im ges. Buch
J. W.

ULB Halle 3
008 872 694

nc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0083

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0084

# CATALOGUS
LIBRORUM
RARISSIMORUM,

*AB A*

TYPOGRAPHIC

ALI

EJUSDEM ART

*ANTE*

MILLESIMUM

EXCU

*Omnium optim*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-219309523-15/fragment/page=0085